

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Capvt XX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

## CAPVT XX.

Imile est regnum cœlorum homini patris familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. 2. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. 3. Et egressus circa horam tertiam, viderat alios stantes in foro otiosos. 4. Et dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. 5. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam, & nonam horam: & fecit similiter. 6. Circa undecimam vero exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? 7. Dicunt ei: Quia nemo nos conductus. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. 8. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & reddet illis mercedem incipiens a nouissimis usque ad primos. 9. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. 10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. 11. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias. 12. dicentes: Hinouissimi una hora se-  
cerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & astus. 13. At ille respondens unum eorum, di-  
xit: Amice non facio tibi iniuriam, nomine ex denario conuenisti mecum? 14. Tolle quod tuum est, & va-  
de; volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. 15. Aut non licet mibi quod volo, facere an oculus tuus  
negquam est, quia ego bonus sum. 16. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, multi enim sunt vocati  
panci vero electi. 17. Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpit duodecim discipulos secreto, & ait illis. 18. Marc. 10. d.  
Ieou scandimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemna-  
buntur in morte. 19. Et tradent eum Gentibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum, & tertia  
diuersum. 20. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæ et cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab  
10: 21. Quid dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & u-  
nus ad sinistram in regno tuo. 22. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere ca-  
licem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. 23. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sede-  
reant ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. 24. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. 25. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Sci-  
tis, quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. 26. Non  
iterit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit uester minister. 27. Et qui vult inter vos  
primus esse, erit uester seruus. 28. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare ani-  
mam suam, redemptions pro multis. 29. Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa. 30. Etecceduo caci sedentes secus viam, audierunt, quia Iesus transiret: & clamauerunt, dicentes: Domi-  
nus misericordia nostra, fili David. 31. Turba autem increpabat eos ut tacerent: At illi magis clamabant dicen-  
tes: Domine, misericordia nostra, fili David. 32. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis ut fa-  
ciam vobis? 33. Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. 34. Misertus autem eorum Iesus, tenui  
goculos eorum. Et confitimus videntur, & secuti sunt eum.

Sup. 19. d.  
30.  
Marc. 10. d.  
38.  
Luc. 13. f. 31.  
Marc. 10. d.  
31.  
Luc. 18. c. 31.  
Marc. 10. c.  
35.

Marc. 10. g.  
41.  
Luc. 22. c.  
25.  
Phil. 2. a. 7.  
Marc. 10. g.  
46.  
Luc. 18. f. 35.

## IN CAPVT VICESIMVM

## ARGUMENTVM.

**N**ecedem laborantibus præbeti docet, non solo temporis, operæque præstite respe-  
ctu, sed virtutis; idq; ex Dei benignitate, omnium animos intuentis, & quā quisque  
caritate seruiat, diuino iudicio xstimantis. Datur eadem primis, & nouissimis mer-  
ces, quia primi facti sunt nouissimi, & nouissimi primi. Duobus ad Ierichuntem  
cœcili vatum restituit, passionem prædictit. Filios Zebedæ primatum matris interuentu pe-  
tentes relixit, cæteros indignatos de humilitate instruit: suo præcipue exemplo, ut qui vene-  
t ministerare, non ministrari, & animam suam dare redemptions pro multis.

A versu 1. ad 17. parabolam de operariis in sua Ecclesia legunt Syri in festo Pauli A postoli. Sic enim titulus habet, קְרִיָּת שְׁלִיחָה Keriana de Phanulus schelicha. Lectio Pauli A postoli. Causa videtur, quod ille nouissimus Apostolorum labore & merito videatur fuisse primus. Nam plus omnibus laborauit.

A versu 17. ad 29. Feria prima quinta post Pentecosten.

Inde usque ad finem de cœcis: ad oblationem septimanae quintæ ieunii. Vatia itaque, eaque  
in signia documenta hoc capite continentur, ut etiam sequentibus, cum iam morti vicinior,  
contra pericula instantia confirmat Apostolos.

## VERSUS 1.

Simile est regnum celorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

## QUESTIO 1.

Quis patrifamilias?

§. 1. IN Grecō particula causalis *zēs*, enim, adiungitur, quo indicatur, ad ea quæ ante dicta sunt, comprobanda similitudinem adh̄ beri. Dixerat vero nouissimos fore primos, & primos nouissimos. Eadem particula etiam in Syro est, & quibusdam Latinis, omisla rāmen in correxis, sumptu scilicet ex pluribus codicibus argumento. Compatabatur regnum celorum, non absolute patrifamilias, sed in regno fieri id affirmatur, quod in familia. Res enim rei, persona personis, actiones actionibus conseruntur. Non tamen ita omnia ad amissin spectanda sunt, ut singulis aliquid correspondere existimemus, multa enim velut emblemata interponuntur, ut decorum narrationis constet.

§. 2. Patrifamilias est Deus, & Dominus noster Iesus Christus, operarios in vineam suam educturus egreditur. Regnum celorum est Christi regnum, nempe Ecclesia militans, in qua opera laborant: & triumphans, in qua merces datur. Grecē dicitur: "Αὐτὸν οὐδεπότεντος, Homo patrifamilias, seu Dominus dominus, ut Sallustius, mulier ancilla. Sic Herodot. Αὐτὸν ἀλεύς, ut piscator. Hebraicum redolent illæ locutiones; nec mirum est scriptorem Ionicum Syrorum ut id omnis, apud eos legitur οὐδεποτεντος οὐδεποτεντος λεγαρια μαρεχ βαΐβα, viro Domino dominus. Eo referunt, quod Homerus dicit. Θελφέον αὐδεῖ, & Theocritus αἴποι αὐδεῖ, viri pastores, quod ex Hebreo fonte manante nemo ambigit. Nam Genes. 46. 31. οὐδεποτεντος λεγαρια μαρεχ βαΐβα. Anche mine, viros pecudes, seu possessionis. Ad opera igitur & labores inuitantur à patrifamilias, qui singulis mercedem etiam addicunt. Pūchra est Athanali, in dictis & interpret. parabol. scriptura, & eruditia exppositio. Sic vetero breuiter interpretatur. "Αὐτὸν οὐδεποτεντος, αὐτελεύς, οὐδεποτεντος, οι δούστολοι, οι δε τὰ την ἑρεκα τὸν ὄργυ εἰσάντε, ματθίας εἰν, οὐ καὶ κατεψήλει δε τὸν ἑρεκα δούστολον. Id est, Homo est Deus: vinea, mundus: operarii, Apostoli. Qui circa undecimā venientes, Matthias est, qui & ipse annunciatus est duodecim Apostolis.

Eodem modo S. Chrysostomus homil. 65. Αὐτελεύς μεν τοι ἀπαγγειλατε & δεξ Φητιν εἰναι καὶ τὰς ευποτας. Σεβόντος δὲ της εργασιας, της παραντας Βοιον. έργατας οντος δὲ της τελετης, καὶ εκτης, καὶ εργατης καὶ ενθεκτης οργη, τοις δὲ Αἰρφοροις πάλικρας τερολέντος καὶ ενδομηταντας. Id est, Vineam igitur mandata: operandi autem opportunitatem, ac tempus commodum presentem vitam appellavit: operarios vero qui differenter aut mane, aut tertia, aut sexta, aut nona, aut undecima hora vocati sunt eos appellavit, qui diuersis atatibus vocati, accesserunt & comptobatibz sunt.

§. 2. Detracta igitur haereticorum est improba significatio qui & ipsi laborem fugiunt, & alios a labo-

re auocant, cum docent, mercedis intuitu vetitum esse Deo seruire. Nam cum paterfamilias tam sit in conducendo sedulus, ac gnauis, ut tota die egreditur, quare non audiat eum illi, qui stant octo, à iemine conducti? Certe de patrifamilias restans sanctus Augustinus sermon. 69. de verbis Domini, propos cap. 2. pag. 81. An forte non exiit ad te vocandum paterfamilias? si non exiit, quid est quod loquimur? Nempe nos omnes servi de familia ipsius sumus, conducere operarios missi sumus. Quid ergo stas? Finisti iam annorum numerum, finis ad denarum. Hoc est enim exire patrifamilias innotescere: quoniam qui in domo est, in abito est, non videtur ab eis qui foris sunt: cum autem exiit de domo, videtur ab eis, qui foris sunt, Christus quando nos intelligit, & non agnoscerit in secreto est. Quando autem agnoscerit exiit conducere: ex occulto enim proficit ad notitiam: notus est Christus, ubique predicitur Christus: gloriam Christi, omnia que cuncta sunt sub celo clamant.

Cur enim Deus præmium proponit, si nos appetere illud noluit? Cur conuenit de denario, si nescit denarium d. fideare? Vide in Psalm. 18. Hebr. 11. & 12. Coloss. 1. Luc. 16. 1. Timoth. 4. Coloss. 3. Non est dubium quin prima iacio operandum sit, ut glorificetur Deus, non tamen vetitum est mercedis desiderium, quod est ipsius caritatis, qua exire cum Deo coniuncto, & eius gloria petitur. Nam aliud non petitur, quam ipse Deus, finis omnium, sine quo nullum opus est bonum.

Denique haec illa tollit præcipuum viæ Christiana consolationem, & exercitio pietatis: si enim non licet dare elemosynam intuitu mercedis eterna, nec ergo petere à Deo illam facit; atque tanabilissima orationis Dominicæ pars excidet, qua regnum Dei venire postulamus. Certe sine beatitudine Dei nos dignatur.

## VERSUS 2.

Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in vineam suam.

## QUESTIO 1.

Quae pactio cum operariis est initia?

§. 1. Patrifamilias & mercenarios in parabolâ sua. Dominus posuit, non Dominum & servos. Nam etsi omnibus titulis Deus est Dominus, nos serui: ut tamen pacta conuenta, & operandi arbitria laborantibus tribueat, patrifamilias volunt, & mercenarios dicere, qui non imperio dominantis, qualiter opera vincere traherentur in agum, sed promissi conductus allicerentur, ut lucrofum laborem, quam inane ocium malleant. Ita Deus quoque cum omnia à nobis exigere opera possit sine mercede, venit tamen, & per Prophetas, Apostolosque, mercedis magnitudinem identidem inculcat. Συμφωνητaque, contrahens, & mutuo pacto obligatis, & a lios obligans in vineam mituit. Talis pactio, quæ trinque ex iustitia obligat inter seruum, & Dominum leges nimirū rigidā nō agnoscēbant. Deus utsi id uoluit: tēmine conductorem & operasagi promovet. His mutua stipulatio, & acceptatio, mutuaque obligatio cernitur. Non quod non sit absolutissimus dominus, & nos serui: sed quia immensa bonitate ductus personam posuit Domini, & suscepit conditoris, ut nos alacriores habeat vineæ sue cultores.

Quomodo simile regnum celorum?

Expositio parabolæ.

Gratia itaque patet, nam hoc modo veritatem Sy-  
nas: **V**erum Kate enim est pactum esse: ut ex pacto red-  
dat. Inveni autem mittit, suam non alienam: La-  
tini codicis contentanter habent **is** **autem** **pro** **pe**, in  
meum vineam. **G**ratia a **c**emplaria **v**ariant, & **p**rono-  
men **de** **m**ulta **o**mituntur, **q**uina **d**modum **&** **s**yndes.  
**T**unc **u**erit **d**ominus: **s**i **q**ui **n**on **l**aborat, **m**iceret **s**yndes  
**u**nus **q**ui **h**abuit; **Q**uid **v**ero **f**iet **il**lo, **q**ui **c**tiam **e**am **d**e-  
**s**truxit?

& lib. arb. cap. 6. Cuidaret coronam iustus index, nisi prius dedisset gratiam misericors pater, & quomodo esset ista corona iustitia, nisi praeceperet gratia, que iustificat inquit: quomodo illa debita redemeretur, nisi prius illa gratitudo daturaret?

Nec obstat, quod primum vita æterna sit hæc <sup>Ex his ser</sup> ditas: pluribus enim titulis datur. Hæc vero hæc <sup>cordia fi</sup> ditas nulli nisi filio adoptato; & patris in mandata ser- <sup>titulus ita</sup> uanti confertur. Exponit hoc idem Soarezius eo- <sup>sistit:</sup> dem loco, pag. 62. Distinguendum ergo in primis

S.2. Spi italem viaciam terrenæ comparari, vi-  
taque eternæ præmium, pecunia, qua homines ope-  
riis suis prælatis munierant, conferri faturum Calu-  
m. Inquit necesse est, hic quoque Deus in operam in  
vitu viaciam munierit. Et pascunt inisse in-  
ter hominem, ideoque sua promissione obligari.  
Non huius etiam sectariorum Iudeorum aiunt hora pri-  
ma mercede picti vocatos, si legem implerent, in  
genitius nullas fuisse operum pæstiones. Errant illi  
quod ait tunc de genitibus, tenebuntur illa lega natu-  
rali; & fidem ex illis nulli sine Iudeismo habuerunt.  
Catholim imporamus illas iudicat argutias. Nam  
quod fides mercedem operum in lege promiserit,  
nisi catholice. Cui pronuntias. Verum erant illi ar-  
guti, & alii errore delictum elidit: non vulnere fa-

Vehementer itaque ad virtutem in ritus. *Ad i. i. i.*

Venienter itaque ad virtutem incitat, duplex ill-  
et tuus: nam prior alterum requirit.  
Vbi autem merces pitorum sit, merita esse intelligi-  
guntur, sed merita qua virtus Christi semper antecede-  
dat, comitatur, sublequitur, & sine qua nulla opera  
meritoria esse possunt, vt Concil. Tridentin. docet.  
Vide Stapler. lib. 10. de doctrina iustificationis. Vo-  
luit sane spe merendi nos Deus operari, qui etiam  
meritorum partem in hac vita rependit. Monitum hoc  
Chrysostom. homil. 10. ad populum Antiochenum.  
Ἄνθετο γὰρ ὁ ἡγαγός τοι πονηρίᾳ τοι τε τῆς γένεσις ισχάρει τοι σωματότηταν εἰς τοποθεσίαν. Εντος δὲ πλούτου τοι πατρόθετον εἶναι τοι τοποθεσίαν. Σπειρεται τοι την τοποθεσίαν την θεοτοκίαν χαρέσθαι μεγάλην πολεμούσην την λεπτούσιν εντερόφυλον. Εἰπετοι id est. Sicut enim in iniquitate viuens, & ante gehenam punitur, con-  
scientia stimulatus: Sic meritis abundans & ante re-  
gnū magna fructus lātitia, se bona spe pascens.

Interea hoc eit, ut tunc puerum a mortuis  
resuscitetur. Simili modo ille loquitur in fabulis.

noxius est, & suppicio. Vxenim, dicit, mihi, si non euangelizauerero. In alis vero, quæ sunt ex libera electione non item. Sed quid? Quæ igitur mihi est merces? Ut euang. 1 zans sine sumptu ponam Euangelium Dei, ut non abutatur potestate mea.

## VERSUS 3.

*Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos.*

## QVÆSTIO I.

*Quibus horis operarios conductit?*

*Hora.*

§. 1. **M**ane, terria, sexta, nona, vndecima. In horas duodecim partebantur diem Palæstini. Mane, hoc est, hora prima sub ortum solis egressus est, ultimos operarios conductit hora vndecima, hoc est, vna ante occasum. Ideo dicuntur vna tantum hora laborasse. Erant vero hora æstate longiores, hysme breuiores, que tamen varietas tanta non est in loco viciniorum & quinque & tria linea, quanta in borealibus, aut antarcticis regionibus. Diligens paterfamilias, cui vinea sua electa sit valde cordi, nobis describitur. Quin & hoc ostendit: nullam ætatem, nullum tempus Dei famulatu nominidoneum esse. **A**dsolutum semper adiutum patere.

§. 2. **H**orarum diuersitatem varie interpretantur. *De horis in-* O. i. Chrysostom. Greg. Beda, Haimo, de cuiusque *interpretatio-* ætate intelligunt: alii ab infantia, alii in adolescentia, multi in virili ætate, alii in senectute, aut ipsa morte vocantur, ut in cruce latro. Idem fere auctores ad diuersas mundi aetas cum Origene referunt. Mihi literalis sensus esse videtur, ut indicet Deum omni tempore vocare operarios, nam hora prima vocat, pueros, iuuenes, senes, itemque hora vndecima. Semper statante ostium & pulsat, sed diu: si tempore veniant, cum vocantur efficaciter. Hieronymus lib. 2. contra Iouianum de horis hunc in modum disputat. Porro si operario prima hora: & tertia & sexta, & nona & videcamus vnu denarius redditur, & ab eis incipit premium, qui nouissim in vinea laborauerunt; & hic non vnius temporis, & vnius etatis homines describuntur, sed ab exordio mundi usque ad finem: *Vocationum sacramenta sunt diuersarum, prima hora vocatus est Abel & Seth: Tertia Enoch & Noe: Sexta Abraham, Isaac & Iacob: Nonna Moyses & Prophetæ: Vndecima gentium populus: cui primo redditus merces; quia in crucifixum credens Dominum difficultate fidei magnitudinem meruit premium: multique reges & prophetæ questerunt videre, qua videmus, & non viderunt. Vnu autem denarius non vnum est premium, sed vna vita & vna de gehenna liberatio.* Ceterum quomodo ad indulgentiam principalem, diuersorum criminum rei dimittuntur de carcere, & vnsquisque pro labore vel operibus suis, in hoc vel in illo statu vita est: ita & denarius quasi indulgentia veri principi omnes per baptismum emittit decarcere. Iam nostri labora est, pro diuersitate virtutum diuersa nobis premia preparare.

*Denarius non vnum est premium*

*est premium*

*Hora et al.*

Horæ alioquin ex aetas dici solent: vnde celebres ioci Crassii in Deiotarum, & Deiotari in Crassum. Nam Crassus in Parthos proficisciens, cum Deiotarum inuenire nouam civitatem opportune condidem, mirari se dixit regem, iam hora duodecima, hoc est, extrema senecta urbem condere; cui ille: *Nec tu sane matutinus in Parthos moris, annum tum sexagesimum Crassus agebat, breui Parthicum bibiturus aurum. Fuit & celeberrimi Philosophi liber, produci*

nempe, cui titulus *ægri*, in quo Herculishium exponit: vbi horas pro *ægri*, & occasione accepisse videtur, ad hoc commune etiam Syris proœclibum respexit Dominus potuit. Porro de horis æstuis longis, hyberis breuioribus multa veteres. Forte & Horæ ab Horo, qui solest *Ægypti*, si Macrobius credivimus, atque ita Orientale nomen esse dicendum est.

## VERSUS 4.

*Et dixit illis: ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis.*

## QVÆSTIO I.

*Quomodo daturum se dicit, quod iustum est?*

§. 1. **K**ai ἐὰν ἀναστῶται, & quod iustum, & ceteri verbi, primum plerique Greci repetunt, καὶ δὲ ἀναστῶται, & quod iustum, accipierunt, in Syro etiā à vetustissimis Graecis ab illi. In Hieronymi commentario est: nec apud Hilarium. Syrus στέλλεται vñedem deuiae, & quod oportuerit, aut valuerit, labor, scilicet. Hora vndecima inuenit stantes vestrum. Graecus addit *τριάδας*, & Syrus τριάδας vñatallin, & ceteros.

Hoc profecto indicat ex iustitia daturum, quod daturum & vnius hora labori merces responderet. Quod autem ex iustitia datur, non potest sine iniquitate negari. Nec ideo tamē cetera obligari possunt, aut obnoxium sibi creatorem, sed sicut promissum ille obligatur, qui se ipsum negare non potest, qui minus præster, quod promisit. Hinc non modo meritorum certitudinem probant doctores Schol. sicut sed etiam meritorum, quæ peccatis immorata erant & inuita, redditum, & ut vocant, reuinientiam. Primum Meritorum, quod semel promissum est, deinde offensione interposita sublatum, cum in gratiam redditum est, non negatur amico reconciliatio: quia integrissima est, & sine vña offensione reconciliatio. Sic docet Gratian. de penit. distinct. 4. §. dicens. Lombardus 4. sentent. distinct. 14. & ex loco S. Thomas quest. 1. artic. 3. & pag. 3. quest. 89. artic. 5. Hugo de S. Victore lib. 2. de facram. pag. 14. cap. 9. Alenias 4. p. memb. 4. artic. 6. Henricus quodlib. 5. quest. 24. Bonavent. distinct. 14. 2. Richardus artic. 8. quest. 2. Scimus distinct. 22. quest. 1. artic. 2. Maior quest. 1. Almarius quest. 1. artic. 2. Oceanus in 4. quest. 9. Adriamus in 4. quest. 2. de satisfact. Duran. in 3. distinct. 3. quest. 2. Caiet. 3. p. quest. 89. artic. 5. Soto distinct. 18. quest. 2. artic. 2. Verum hoc omittit, quoniam verum sit, vnicum hoc vigeo, id quod iustum est, promittunt, & patremfamilias contra murmuratores exciperet. Tali quod iustum est, non facio tibi iniuriam.

Facturus erat iniuriam, si non dedisset, quod pepergit, si alter suum non tolleret: non est Deus iniustus, vñ obliuiscatur operis nostri.

82 (\* \*) 25

VER-

## VERSUS 13.

At ille respondens vni eorum, di-  
xit: amice non facio tibi iniuriam,  
nonne ex denario conuenisti me-  
cum?

QVÆSTIO I.

*Quomodo non faciat iniuriam?*

Si. B Lande paterfamilias appellat murmurantem: Beragō socium, amicum appellat: quamvis etiam ignoros ita appellare consueuerunt, ciuitate & præsumptione amicitia: Eodem modo Syrus ἔργον chabris, quod socium, & adhærentem significat. Daceautem seid, de quo conuenientem est, profitemur, τούτον ονομασίαν, inquit, conuenit mecum. Sanctam fuit partem nostra. Iniquum est pactum nostrum resindimus in alios liberalitatem, ita in alios benignus esse volo, ut non præiudicem libertati meæ, ut non acquisas ius exigendi vltra conditum, quia alios domino suprameritum. Non disficiunt paterfamilias haec in instituta esse, quod præstit, in iuriam fore si denarium meritis neget, non tamen plus dénario debere contestatur. Non igitur dando quod conuenit, iniustus est, nec operis primorum oblitus est, sed conuenienter facta, satis illi esse denarium antea indicarunt, nec plura, nisi visa in alios benignitate petissent. Ita Origenes, Hilarius, Gregorius, glossa in hunc locum, & D. Thom. in catena.

Aug & Augustinus sermon. 69. de verb. Domini: Sodali non faci tibi iniuriam: hoc est, te non fraudauis, quod placuit, reddidi tibi: Fraudem tibi non feci, quicquid pati sum, reddidi tibi. Huic non volo reddere, sed donare. Non tibi mihi facere quod volo de me: an oculus tuus nequus est quia ego bonus sum, si alium tollerem alienum, recte responderem quasi si fraudator & negotiator alieni, cum vero debatum reddo, & cui volo etiam dono, nec cui debebam potest me reprehendere, & cui donauis, debet amplius gaudere. Non ex qua responderetur: & aquati sunt omnes, & facti sunt nequam primi, & primi nouissimi, quia tantundem accep-  
perunt primi & nouissimi.

8.2. Mercedem vero, quæ ex pacto datur, etiam ex merito dari, nam datur *en* *g* *dnais* ex iusto; sat is constat, docetque Bellarmin. lib. 2. cap. 14. de gratia & lib. arbitrio. & lib. 4. cap. 9. Mercedem vero insti tueri ex gratiâ promisso, & gratia. Augustin. de gratia, & lib. arbitrio, cap. 4. Sed meruendum est, ne plenaria diuina resumonia, & quecumque alia sunt, quæ si nra dubitacione sunt plurima, in defensione libri arbitrii sic instellantur, ut ad vitam piam & bonam conuersationem, cui merces eterna debetur, adiutorio & gratia Dei locus non relinquantur: & audiatur misericordia homo quando bene vivit & be-  
neoperatur, vel potius bene vivere & bene operari sibi vide-  
tur, in scipio & non in Domino gloriari, & solum recte vivendi in scipio posse, ut sequatur enim maledictum Hieremias Pro-  
phetæ ducient: Maledictus homo, qui solum habet in homi-  
ne, & similitudinem brachii suis, & a Domino discedit cor-

Atque hæc sententia omnium Catholicorum libetum arbitrium cum gratiæ adiutorio coniungentium.

Postea in qua fuit querela multum murantium, quamvis ex gratia regare poterant, ut daretur amplius. Una hora, inquit, fecerunt, intellexerunt, nempe τὸ ἐπόνος opus: more Hebreorum γένεσιν ghabedu, operari sunt. Et p. 781  
Adami Contra in Enarr. Tom. I.

illos nob̄ facisti, qui tulimus pondus diei, & estum. Nō queruntur libi sua non data, sed ceteris data paria. Quod enim satis esse putauerant, in comparatione aliena mercedis, vt exiguum contemnunt. Humanæ cupiditatis affectus, maxime si accendar int̄sidentia, non satiatur, non acquiescit. Plus petunt, dum plus sperant.

§.3. Non erit in beatis extremo die aut mutmut, *Nulla cognoscitur oculus malus, nulla inuidia, nulla æmulatio, Deo trahendis omnia supra omne meritum remunerant nemo, ne querela, damnatorum quidem, obstrepet.* Hoc autem exem-

placuisse. *Procurant exempla ostenditur: Tantam fore, tamque inopinata in  
præmiorum diversitate remunerationis admiratio-  
nem, ut si querela locum haberet, id dicti essent,  
qui minus exspectatione accipiunt; aliorum in quam  
non sua. De se enim modestissime quisque sentier.  
Videbunt enim abiectos aliquos, alios de quorum  
virtute nulla fuit existimatio, præferri multis, quo-  
rum in Ecclesia fuere magni labores, & virtus. Multa  
eiusmodi exempla passim recensent historiæ, insigne  
est, quod de Alexandro Carbonario Nyssenus narrata.  
Mititur, inquit in vita Gregorii Thaumaturgi, ad eum  
legatio, quadam ciuitate finitima, ut ad ipsos veniret, ac per  
sacerdotium Ecclesiam apud eos constitueret. Camana autem  
ciuitati nomen erat, cuius ut hospes magnus ille vir esse vellet,  
passim omnes hanc fibi fieri gratiam depocebant. Cum ergo  
ad ipsos venisset & dies aliquot degisset, suisque tum facta tum  
datis magis eorum ad mysterium cupiditatem accendisset; at  
iam tempus esset, ut eorum quoque legatio ad finem perueni-  
ret, & designaretur aliquis ipsorum Ecclesia amicis: tunc pre-  
cipui quique de magistratu in hoc occupati erant, ut curiose  
inquiererent ac sciuntarentur, quo eloquenter, qui genere re-  
liquaque vita splendore ceteros excellerent viderentur. Existi-  
mabant enim, quoniam etiam his ornamenta magnus Greg.,  
cumulatus erat: nec illorum quidem oportere expertem esse  
eum qui ad hoc munus perueniret. Cum autem in multis par-*

tes suffragiis scinderentur, & alii alium in electione preferentes; expectabat vir ille magnus aliquid sibi diuinis dari consilium ad id, quod erat propositum. Et quemadmodum Samuel in iudicio eligendi Regis, fuitur non esse admiratus pulchritudinem ac magnitudinem corporum; sed animum regium requisiuitus, etiam in vili ac contemptu corpore forte reperirentur: eodem quo modo ille, studiis singulorum, qui per suffragia destinabantur negligitis id vnum solum spectabat an aliquis etiam antequam renunciaret industria vita & virtus in moribus sacerdotiorum ferret: Cum autem illi quidem eis quibus sua dederant suffragia cum laudationibus adducerent, vnuquisque eum qui a se elegebatur producens: ille vero, ne etiam vlorum, quod ad vita speciem attinet, rationem haberent, eis iuberet; fieri enim posse, vt etiam in calibus reperiatur aliquis, qui animi bonis antecelleret eos, qui vita splendore praeflarent: quidam ex iis, qui praeerant suffragiis serendis, hanc magni Greg sententiam, pro derisione reputabat; si ex iis, qui dicendi facultate & dignitate, & manifesto vita testimonio prelatis sunt aliis, nullo ad sacerdotium admisso, ex illiberalibus ac mechanicis, sordidisque artibus ac eiusmodi munus aliqui digniores existimarentur; & simul ironice ad eum loquens: si haec, inquit subes, vi iu qui sunt eiusmodi, & a tota ciuitate deteleti despiciantur, atque ex quisquilius assumptum, tempus fuerit, ad sacerdotium vocare Alexandrum Carbonazium.

Sic indicabant seniores & optimates ciuitatis  
ωρη, inquit, τοι λαον την ενδεχομένην κατεύθυνταν  
προσευχήν Αλέξανδρον. Hora tibi est Carbonarium ad sa-  
cerdotium vocandi Alexandrum. Deinde cum risu in me-  
dium producitur. Hæc talia innumera in extrema-  
die contingent, quia alia sunt Dei iudicia, alia homi-

§. 5. Liberum arbitrium merces promissa confirmar, si enim non est liberum arbitrium sententis pon-

*Liberū arbitrii mercedis capax.* dus dei & astus, non magis operario, quam rastro aut sarculo merces debetur. Vbi est enim sine iudicio & voluntate libere agente labor, non potest dari præmium. Nec arato quisquam agricultura mercedem persoluit, attenit enim & perit: Pacisci non nisi cum liberis operis Deus potest: apud quem enim non est sua voluntatis arbitrium, is nec obligare le potest, nec alterius promissionem accipere. Vt est hoc argumento Hieronymus Tom. 3. Epist. ad Damasum, ut probaret arbitrii libertatem. Merces enim promittitur, ut liberam voluntatem alliciat; nec enim in necessario agentibus locum habet, vel promissio, vel minæ.

Manichæorum autem est liberum damnare arbitrium. Hominum damnare naturam, liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere, ut in procœdia aduersi Pelagianos idem Hieronymus.

*Opera ad salutem necessaria.* §. 6. Eadem pactio etiam demonstrat bona opera ad salutem necessaria, eamque non dari, nisi operum conditione expleta. Denarius enim ex pacto conuento datur, & datur illis, qui pertulerunt pondus dei, & astus. Datur & illis, qui una hora laborarunt; non datur tamen oculos, sed qui eminav, qui opus ruri fecerunt. Datur supra quam iustum est, sed datur tamen aliqua pars quam non dare iniustum est; nempe pars duodecima denarii, quam ex proportione meriti videbantur. Solitaque illa parabola ad impiam & pernicioſiſſimam hæresin confutandam sufficit, cum tota eo dirigatur, ut ostendat, nos à Deo promissione mercedis ad laborem vocari, & operatis iustum mercedem rependi. Est quidem gratitudo amoris Deo seruire, sed quia tamen se ipse mercedem esse demonstrat, non est vilis mercenari, sed ingenui filii, eò per labores tendere, ut in patris conspectum complexumque perueniat, patre fruaturus.

### VERVS 14. & 15.

*Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an occlus tuus nequam est quia ego bonus sum?*

### QVÆSTIO I.

*Cur dare vult postremo, quod & primo?*

*Paterfamilias suo iure.* §. 1. Paterfamilias vir grauius, & opulentus, vt qui per oeconomicum soluat operariis, decorum seruat; non enim cum operatis contendit: Ius suum, libertatemque in erogatione mercedis tuerit. Causam non adserit, cur pares faciat, quorum tam impar fuisse labor videbatur. Itaque non arguit priores negligientia, aut culpas alicuius, nec vires horæ laborei præfert torius dei etiamnis: si enim hoc faceret, de suo iure cederet, & responsandi occasio nem præberet: suas enim operas carè quicquid alitimat: & suam industriam ignauissimous præcipue venditat. Merito autem ita responderet, nam murmurator iniuriam inferebat, cum plus perit, quam erat conuentum, & iudicat iniuste de aliena liberalitate. Itaque satis illi erat, ostendere se iniuriam nulli facere, sed ab iniquo tricone, & appellatore acci-

pere. Statuendum tamen est, patifamilias iustam fuisse causam, cur in postremos, potius, quam pri- mos munificentia vti voluerit, sed cur rationes illas operario proponeret, nulla causa fuit. Itaque ius suum allegat. Non licet mihi facere quod volo? Graec additum: εἰ τις ἔρωις, in meū. Syrus, de illa que ad me pertinent. Legit etiā ita Augustin. sermon. 39. Franciscus Lucas putat addendum, Zegerus omittendū existimat; Correcta omittunt: quod signum à melioribus libris absuisse: & ex glossa ite pisse. sic in Graeco etiam varie legitur illud: *conueniēt mecum, οὐνεφῶνησε μοι*, in aliis est *οὐνεφῶνησε σοι*, *Conueni tecum*.

§. 2. Ioannes Piscator Caluinianus, Deum iudicis promississe mercedem ex propriis meritis dicit, At non alio modo illis, alio nobis promissa est fatus. Illi gratuitam peccatorum remissionem per fidem in mediatorem, sunt consecuti, sicut & nos. Quemadmodum Abraham pater omnium creditum iustificatus est, & salutatus, ita cæsti omnes. Ille fide sine operibus legis, fide & operibus gratiae saluus factus est. Cum iustus fuit, fide & operibus meruit vitam æternam, gratiaque augmentum.

§. 3. Qui ex uno denario omnium in colo præmiorum æqualitatem colligunt, scripturis contradicunt. Nam in domo patris nostri mansiones multæ sunt. Ioan. 14. 1. Corinth. 15. *Alia est enim claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas stellarum, & differt stella à stella in claritate.* Denarius igitur vius, vna est vita æterna, Dei vñio, fuitio, omnes stellæ sunt, omnes fulgent, omnes in cœlo sunt, non omnium tamen pars est splendor, non eadem eminentia. Ita Ambrosius Epistol. 81. Augustinus Epistol. 51. Grgorius lib. 4. Mor. cap. 42. Hieronymus tractatu contra Iouinianum pene toto.

§. 4. Ex æqualitate tamen denarii, multi mercedis æqualitatem videntur; vt quid enim primi murmurant, si non sunt pares: si singulariter eminentia aequaliter honor est datus toto die operatis? Pares non sunt, si in eadem domo alii alii sunt prælati. Supra respondi non fore illo in loco aut tempore murmurations, aut inuidam, cum sit vñusquisque proximum amatus vñi seipsum. Occasio tamen murmurandi aut videbitur, more humano rem considerant, quod multi, quarum diuturni, & ætumolissimi, fuisse videbuntur labores, non maiora, quam alii ex parnis & brevibus accipiunt præmia. Humana enim iudicia viros celebres, & in dignitate positos admirantur, eos collaudant, pauperes negligunt. Quis crebro fit, vt sanctos Episcopos, sacerdotes, principes, eremitas, quorum apud homines est magna opinio, & apud Deum vera sanctitas, crebro aliquus adolescentis, aut viduæ, quam nemo, nisi cum petret eleemosynam, norat, præmia superent. Exemplum de Carionio Alexando atrulli, alius de Dorotheo ref. et Alphonso Rodericus tractat, s. cap. exercitii religiosi. Vbi serio murmurant, sed à Deo tamen melius instituti quiescent.

Hactenus ergo pares sunt, vt omnes sint beati, & in eternum beati, claræ Dei visione, & amore. Nec maiori gloria aut minoris gloria discrimina faciunt opere duntur, sed cōtentio animi, feruoris, & caritatis magnitudine, quia sit, vt vñico actu, ac breuissimo aliorum meritorum est æqualitas, temporis, laboris, charitatis, alacritatis, si aliquod horum sit inæqualis, etiam similitudinæ erit imparitas mercedis. Quemadmodum in itinere

hunc faciendo non longitudo temporis, sed via spaciuum confecta compensatur. Nec minus præmium obtinet, qui uno mense, quam qui anno integrum præstipum confecit iter. Hinc in causa apparet diuersa merces. Augustinus de dono persecutantia cap. 8. T. 6. p. 50. d. 2.

Sed cur, inquit, gratia Dei non secundum merita hominum datur? Respondet: quoniam Deus misericors est. Cur ergo, inquit, non omnibus? & hic respondeo: quoniam Deus inde infinitus, ac per hoc & gratiam ab eo datur gratia: & iusto ei in alio iudicio demonstratur, quid ei quibus datur, conseruat gratia. Non ita, si in ingratis, quod secundum placitum voluntatis sue, in latente gloria gratia sua tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione, ut si inde neminem liberaret non esset iniquus. Ex uno quippe omnibus in condemnationem non in instantem iudicati sunt ire, sed iustam. Quis ergo libet am gratiam diligat; qui non liberatur, debitum agnoscat. Si non remittendo debito bonitas, in exigendo aequitas meligat, nusquam esse apud Deum iniquos inueniuntur.

Etermonde 69. de verbis Domini. Alioqui non est omnium præmiorum aequalitas. Qui vult, inquit, Christus, maiorem vobis fieri, sit omnium minister. Diuersi iugantur in illa gratia gradus, & prærogatiæ, quorum discribimus non tam externo labore, quam animorum virtute constituantur. Prospex de gratia & liberario arbitrio c. p. 6. In aequalitate qua nouissimi pares sunt, sunt primis gratiam magnificit. In parabolâ, inquit, de his qui laborant in vinea, datur idem præmium eundem mercedem omnibus, siue multum siue parum laboraverint, ut quod multo labore sudarunt, nec amplius quam nouissimi acceperant, intelligentiam quod non operum accepta esse mercedem. Gratia mercedem, inquit, pro magnitudine eius gratia, quæ donari sunt, & charitatis ardore, non pro labore diuinitatem merces datur. Merita enim sequuntur non antecedunt gratiam. Merita enim tua ab ipso sunt, ut docere c. 6. & c. 7. Coronat illa Deus ut sua dona non tua merita. Non ex operibus tuis ex teipso tibi existentibus, sed tangam hunc quibus te Deus finxit, id est formauit & creauit. Constat autem ex his, quod Theologii docent, Deum remuneratio opera supra condignum, sola liberalitate, idque pro suo arbitrio. Dat enim maiorem mercedem in quam accepere mereantur, quod Andreas Vegas contumeliose negat, sed ex Matth. 5. Luc. 6. & 19. Iatis colligitur. Cyprianus Ep. stola 75. In Baptismo ad eum denarum vocari, postea pro conuersatione atque actu nostrorum vel angri. Vide & Remigium, Rabanum, Abulensem, Gregorium, D. Thomam. Aequalitas autem charitate, tamen quicquid melior quo maiore charitate operatur.

Domum gratia non operum mercedem Augustinus appellat: non est enim operum in se spectatorum, sed gratia & operum ex gratia bonorum merces.

5. Quod Musculus in locis communibus hinc mentia sanctorum oppugnat, more suorum facit, cum omnibus fere verbis merita Christus asserat. Et ipsa aequalitas sit indicio, præmia respondere date in hac vita gratia, non præcisè laborum, Bonum certamen tenuit Apostolus 2. Timoth. 4. & reposita est illi corona iustitiae, quam redder iustus Index, sed non tantum laboris, & ærarium, quantum charitatis æmulator. Dona sua quae in nobis æstimant, etiam remunerant. August. hom. 50. & hom. 14. Reddet, inquit, mihi coronam iustus Index, debet ergo quod reddit, reddit ergo iustus Index, non enim opere inspecto, potest negare mercedem, qui operatus est.

Ad mitrum non est, scelarios sanctorum meritis obsequere, quietiam Christi morti, & sanguini meritum admittit. Caluin. 1. 2. inst. c. 17. Etenim factor, si quis per se & simpliciter Christum opponere velleret iudicio Dei, non fore in merito, quia non inueniretur in homine dignitas, qua

posset Deum promereri. At in Christo est dignitas, quæ est in homine, & quæ in Deo, à persona habent dignitatem, ab infinita infinitam. Miraritamen conuenit, non deesse, ex illo grege, qui apud eundem Caluinum colligunt: quia non operum meritis acquiritur celestis hereditas, sed gratia donatur, aequaliter fore omnium gloriam. Quibus ille respondet: non disputare Christum, vel de celestis gloria aequalitate, vel de futuro piorum statu: sed hoc tantum pronuntiat, causam non esse cur gloriantur, vel alius insulcent, qui tempore sunt priores: quia Dominus, quoties ita placuerit, vocare poterit, quos visus est ad tempus negligere, eosque vel aquare vel præferre prioribus illis: addit; exactam partium discussione nesciit mixtam curiositate. Sunt illa in Zwillingum dicta, qui ex Origene & alii distinguunt tempora, & sub horis quæ undecimam antecesserunt, nihil effectum dicit.

Quod à Domino satis refutatur, cum denarium etiam carceris horis respondere demonstrat. Omnibus enim datur merces secundum opera sua. Nec recte Media fini Caluinus ex sola vocazione rem definit; qui enim di-analogæ, uersa præmia admittit, etiam gratiam, & gratia opera varia præstitit; ex illis enim præmia sequuntur. Media enim, ad finem solent fini esse proportionata. Cui vero Deus finem conferre decexit, eidem prædestinavit & media. Qui enim ostendit Apostolo, quantum pati cum, pro Christi nomine oportet, etiam pariter significauit modicum passionis æternum gloria pondus operari in cælo.

### Q V A E S T I O N E II.

An electio sit ex præmis meritis?

§. 1. **N**on disputo generatim quæstionem inter sectarios etiam controvësam; sed quantum Ordo ex exercitiorum potest, ad huius loci intellig. niam. Theologi qui cutionis, & dari mercedem ex præmis operib. contendunt, mercedis reditio pro arguento habent. Operarios enim vocari imperat Paterfamilias, illisq; mercedem reddi. Mercede operi datur, regnum datur ut merces, datur non octo, sed labo, iofis, & ex condicione operatis. Quin etiam eadem conditione promittitur. In vineam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Hic igitur ordo est executionis, ut propter opus dare velit regnum. At quod in tempore facere Deus solet, id ab æterno decrevit, atque ita cum omnibus circumstantiis efficere statuit, ut re ipsa facit. Nusquam enim auctio à decreti ordine discedit.

Aliorum sententia contraria est. Prius ad gloriam elegisse, deinde merita ordinare: Nec argumento alato mouentur. Aium namq; ordinem præmissionis, & executionis esse sentiunt. Primo enim in signo rationis homines & angelos gratuitem amorem dilectos, & electos prior. Etos ad vitam æternam, sine villo meitorum respectu; In altero ordine autem electos & dilectos gratuitem, constituisse gloriam non nisi per media, fidem, spem, caritatem in executione confitit. Itaq; negant Deum aliud in tempore facere, aliud ab æterno constituisse. Nam æterno decreto definit; non modo nulli nisi per mediæ gloria conferre, sed singulas etiam mediorum partes, circumstantiasq; præuidit. Non tamen per ea, vel propter ea elegit, per quæ dedit, & per quæ dare decreuit. Est enim gloria æterna effectus datae gratiae, gratia prædestinationis. Paulum gratuitem elegit, cum fueret aduersum Christianos, idq; sine villo meritorum etiam futurorum respectu. Electio autem gratiam magnam, scientiam, labores, aliaq; decreuit, per quæ in laetem æternam liberare, & infallibiliter deducere. Ita & Paterfamilias ad præmium has operas deligit: non sibi causâ, quasi opus haberet eorum industria, sed ut præmium conferret, hoc tamen date noluit, nisi postquam vineam excolauerint. Probabilis est utraq; sententia. Priorum tuerunt etiam Arminian,

nam electionem statuunt esse ex fide prævisa: meritū tamen non agnoscunt. Consulat lector scripta Vorstii, Greuinckhouii, aliorum. Ex præuisis actionibus dari etiam multi veterum censuerunt. Hierony. Rom. 8. & 9. & Galat. 1. & Epistol. ad Hediham. Chrysostomus homil. 16. & in Epistol. ad Ephes. Theodot. in Rom. 8. & 9. Theophylactus eodem loco. Anastasius Nizenus lib. de questionibus Scripturæ, quæstio. 59. Imo innuit Augustinus libr. 1. ad Simplicianum quæstio. 2. T. 4. Vbi de his longa est disputatio ad caput 9. Epist. ad Rom. pertinens.

Verumtamen multis ille locis expresse asserit, electionem præcedere. vt lib. de corrept. & gratia, & Rom. 8. & 9. ostendit. Alter tamen Prosper lib. 2. cap. vltimo de vocatione gentium. Fulgentius lib. 1. ad Monymum. Hugo in Epistol. Rom. Ex hoc igitur loco nihil vel in hanc, vel illam partem concludi potest. Nam opera & merita finem & executionem, adeoque decretum Dei, quod de executione factum est, non electionem ipsam respiciunt.

### QVÆSTIO III.

Quis oculus malus?

§. 1. **O**culus malus, seu oculus nequam, qui *μηδέ* dicitur, recto, bono, simplici opponitur. Præcipue inuidiam, & luorem designat, qui etiam in vultu racentium, quadam nubilo se prodit. Oculus vero, ut Matthæi 6. Lucæ 11. animus est vitiosus & malignus, sicut oculus bonus, animus bonus, & liberalis. Ecclesiastici 31. Inuidia sic appellatur. Merito autem oculorum nomine totus homo describitur. Nam ingenium oculorum formâ & colore comprehenditur. Oculi animorum indices sunt, etiam latere velint. Ideo simulatores solent præcipue oculos erudire, vt seculo animo accommodent. Ut enim oculus integrum hominis effigiem reddit, ita quoque integrum hominis est imago, nisi summo artificio fallat. In oculis luxurias, ira, inuidia, omnia vita, virtutēsque & affectus boni resident, in his animus habitare dicitur.

§. 2. Bullingerus eos notari asserit: qui cum Petro clamant: ecce nos reliquimus omnia. Calumnia est in religiosos, qui non ignorant, multis, qui in mediis diuinitiis & honoribus versantur, maiora caritatis præmia decernenda, quam sibi: & si illis inuident, iam sua perdidierunt, de alienis bonis dolendo. Petro autem Christus nec inuidentiam, nec aliud vitium obicit, sed perbenignè respondet, nec Apostolos nouissimos dicit esse. sed potius sessuros super duodecim thronos, & iudicatores.

### VERVS 16.

Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, multi enim sunt vocati pauci vero electi.

### QVÆSTIO I.

Qui primi, qui nouissimi?

§. 1. **H**ortatus Apostolos, ne ideo securi sint, quia primi vocati sint, neve alii insultent. Fieri enim, vt primi multi ex posterioribus antecedant. At qui primi, qui nouissimi sint, magna est controværia. Chrysostomus primos esse Iudeos, qui initio vocati salutem respuerunt, & eos Christianos, qui e

virtutis fastigio in vitiorum barathrum inciderunt. Nouissimos enim hos factos, quod determinat, & esse, & gratiore damnatione plenti. Nouissimos sunt qui facti sunt primi eos esse, qui è virtute erga & ad virtutem eluctantur.

Barradius noster etiam de Iudeis & gentibus interpetratur ex Luc. 13. 27. cum diceret Christus: multi sunt vocati, & v. 24. Quia multi dico vobis quatenus intrare, & non poterunt.

Adiungit: Et ecce sunt nouissimi, qui erunt primi, & satis primi, qui erunt nouissimi.

Sigiliter apud Lucam nouissimi sunt, qui regnabunt; igitur & apud Matthæum. Vn cum hinc interpretatione obsta, & videtur, quod primi etiam, & intermedii denarium accipiunt: omnes igitur beati sunt. Nec ob querelas primos Paterfamilias denario priuat, sed, Tolle, inquit, quod tuum est. Volvitur sicut & tibi. Respondent huius sententia auctores, non omnia, quæ in parabolâ sunt, accommodanda esse, quod verum est: hic tamen locum illa exceptio non potest habere. Non enim emblemæ denarii solutio, sed ad ipsum corpus parabolæ pertinet; & ad denario parti sunt, alii præmisum id quod iustum est, id non est iustus, sed significatio causa positum. Totum autem in eo veratur parabolæ mysterium, quod & qui hora vnde cima, & nona, & sexta, & tertia venerunt, acepint denarium, vnam eundemque, & nouissimos primo perfoluntur, itaque, & ad mysterium pertinet, quod primi accipiunt denarium. Non autem illi de damnatione, sed paritate præmii queruntur. Itaque à parum sententia nolim recedere, qui comparationem inter bellorum præmia docent institui. Quod si primi accipientes denarium, & murmurantes, non faciunt ad parabolæ integratatem, nec accommodari campum ad aliquam significacionem oportet, & nec ergo etiam paucum de de natio significacionem habet: cum enim paetus est, si non dedit: si illa igitur, quæ cum primis acta sunt, nihil significant, sed decorrantur gratia apponuntur, paratio etiam de aliis invenienda erit. Ideoque tota parabolâ sine vla significatio fuerit. Tota enim eius vis & Economia versatur in comparatione temporis, quo laborarunt, & a qualitate mercedum, conserunturque primi, & nouissimi. Quæ collatio locum non habet, si primis damnato, nouissimis beatitudine obuenit.

Primi igitur dicendi sunt, qui prima ætate vel tempore vocati Deo ficerunt, magnisq; perulleribus, quos tamen alii postea vocati, & exiguo spacio in vincis Domini laborantes meritis adæquarunt, quibus eadem proinde merces perfoluitur.

§. 2. Bullingerus primos vocat, qui suis meritis dunt. Nouissimos, qui de meritis nihil praesumunt. Et Mucelius. Docent enim illi in primis impietatem esse cum iactantia, eos exprobare DEO sua merita.

Respondeo. Ad improbam eos sententiam bonorum operum & meritorum odio pertrahi. Ad vero infantum, vt causam suam aduersus Petrum, imo Christum agere institutum. Petrum autem factus sua merita, & ambitione quidem. Quod si meritis se illi relinquendis omnibus existimabat, Catholicorum igitur in sententia erat, qui merita agnoscunt, in coram peccabat, quod ea ambitione factare. Imo il Caluinianis credimus, in Christum erat inimicis, inidelis & hypocrita; nam tales eos esse contendunt, qui merita bonorum operum esse concedunt. Hoc enim crimen in Petro non leuius esse potuit, quam in nobis, si crimen fuiseret. At nec Christus eos accusat, porriscos, & iactantia, nec nos crimen fingere ope-

¶. vii Christus præmiam pollicetur. Ambitionia autem & erroris de meritis debet resistere, non firmare mercedis pollicitatione hæc eti. Debet enim dicere. Omibus relinquentis nihil meriti estis, sed peccatum suanatura mortale a vobis commissum est, peccatum nullo præmio remunerandu, sed nullis nullis inferno dignu. Verum longe a la: mens filii Dei, verba vita eterna habentis. Nam proposito brauo ad certamen discipulos hortabatur. Absurdissima igitur est interpretatio. Primi, hoc est, hypocrita, qui spreta Christi gratia suis confidunt meritis, ut Petrus & Apostoli, tunc nouissimi hoc est: Eternum damnabuntur. Et nouissimi, hoc est, qui non confidunt suis meritis, sed de electione sua certissimi sunt, erunt primi, hoc est, Primi in coelesti gloria dignitatis. Itaq; primi qui tunc die laborarunt, hypocrita fuerunt, iuxta aduersarios, denarum pactus est Pater: familias, sed labores rego pensavit, in denariis, quem dedit, inferi fuerunt, & illi adeo felidi, ut plus pereant. Neque obstat textus apud Lucam. Eadem enim conclusiones ac sententia ex diuersis deducuntur; & ad varia probanda adhucentur, ut alias ostendit.

## QVÆSTIO II.

Quomodo multi vocati, pauci electi?

§. 1. Cum nouissimorum & primorum communiationem prædixisset, concludit generali rem sententia. Multos vocatos, paucos electos. Ne qui miretur quod dixerat. Primos fore nouissimos, & ceteros fore nempe, ut illi quoniam longissimo tempore in Ecclesia laborant, & querunt alii, quorum exiguo tempore floruit industria: subiicit sententiam sine terribilem, modo primos vocatos cedere sæpe potest, verum etiam ipsos vocatos, post longos in vicinalibus repudiari & præmio excidere. Non modo non excellunt, sed omnino perent aliquando, ut in Luci, in Origene, Terrelliano, al. si que exempla nos edocent. Argumentum est igitur a minore. Si enim id sic in Ecclæsia, quod minus conueniens, magis absurdum esse videatur; ut nempe retro atri labores in iustum cadant, nec vila præmia sed aeterna damnatio fatigatos accipiat, quia defut per se sententia, quæ est tantum electorum: mirum videri non debet, inter ipsos vocatos non esse ex tempore vocacionis, etiam operum merita, & mercedis disparitatem; quid enim nouissimi contingere dicemus si opinione minorem mercedem accipiant, cum multi excedant, pauci saluentur. Itaque priores non modo sequentibus se opponere non debent, sed etiam vereri, ne cum posteri sint electi, ipsi sint reprobati. Atque hæc dicuntur, non quod non etiam nouissimorum aliqui excedant, nam hoc par est periculum omnibus, quacunq; hora vocatis, sed quia magna admiratio, & tumultus otiis solet, cum manifeste descensit illi, quoniam diu in Ecclesia spectatus labor & vita probata est.

§. 2. Calvini cum negasset, priore sententia quæ dicuntur, Primitore nouissimi, & nouissimi fore primi, conferri Iudeos sentibus, aut reprobos electis; minime quadrare, asseverat, quæ à quibusdam inter se inveniuntur sententia; multi vocatis, pauci electi.

Quadrare sententiam iam ostendit, & qui id negat, Christi auctoritatibus derogat. Additur etiam particula confusio, ut appareat alicuius esse dicti probationem. Imo etiam Calvini expositu admittere sententiam illam potest. Ille hoc Christum voluisse exaltim: Eum qui prior vocatus est, alacrius currere oportere: alios ad communem palmam admittere libenter. Apostolus

vero, quia Ecclesiæ primitæ fuerunt, eximis libi aliquid sumere, eos moneri erant. Alios, qui postea vocandi sunt, eiusdem gloria fore. Quia Deus nemini obstat & ausit, sed vocate quocunq; vult, & vocatis præmio quale vatum est, rependere. Summa igitur est: Inter eos qui prius aut posterius vocati sunt, præmiam non esse maius, aut ex temporum diuersitate. Imo crebro vero atos ex integro deficere.

## VERVS 17. 18. 19.

Et ascendens Iesus Iero-solymam assumptis duodecim discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Iero-solymam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & condemnabunt eum morte, Et tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum & tertia die resurget.

## QVÆSTIO I.

Cur passionem predicit?

§. 1. Ascendit Iero-solymam ad agnum paschæ prolem immolandum, & ut ipse verus agnus, pro mundo cadat victimæ. In Græcis additur in idem, in iudeo, quod etiam Syrus habet; vetus interpres non legit. Iam passionem tertio predicit, ut minus turbentur, nam yident fieri, quod prædictum fuit. Secreto autem id facit, tunc nondam id constare voluit γένος τοῦ λαβανοῦ ταῦτα, inter se & ipsos, habet Syrus. Discipulos autem præcipue animari meditatione tanti certaminis oportuit, ne animo deiicerentur, & spem omnem præcisam Domini morte existimat: deinde labores & crucis contumeliam, non autem quietem & mundi dignitates sibi proponerent. Cognoscerent etiam Dominum sponte, non coacte in mortem toties prædictamire, ut se etiam resurrectionis spe exigerent, postquam primam prædicti onus euangelio vidissent. Ita Chrysostomus, Theophylactus exi. Volut & nobis identidem in memoriam reduci, quæ in re nostra salus consideret, quo nos preciosus redemerit.

## VERVS 20.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquod ab eo.

## QVÆSTIO I.

Quid Salome petit?

§. 1. Marcus cap. 10. 35. Filios ipsos accessisse dicit: Nam ab ipsis initium petitionis erat, tremperat matrem illi tabernant, hæc filiorum ambitioni matrem tenuit, tenuit notis subleruit. Αγρού πολλοί, inquit Chrysostomus, & επειπονικοί τοιούτοις, pudore sicut ambitionis matrem producent. Audierant de sedib; duodecim, inter eas sibi primas

primas postulant. vt Chrysostom. Victor Antiochen.  
Beda, Theophil. Quin mater veluti metuens repul-  
sa, generatim petitioni praestruit, ne negaretur, quod  
peteret.

§. 2. Importuna sane postulatio, cum Dominus de morte & cruce ageret, serui primatum, & honores ambient. Nesciebant porro quid peterent, quod regnum Christi secularre, & omnibus monarchis praestantibus fore existimarent. Hæc esse etiam suorum vota docet Bullingerus.

**Postulata** 33. **Paria** hodie vota inueniuntur in omnibus pro-  
**Zwinglia-** pè hominum ordinibus. Magistratus in Euangeli-  
**norum.** quarti dispensationem, vtinam non direptionem o-  
pum Ecclesiasticarum: Concionatores quoque ipsi  
33. Euangeli prædicatione venantur honores, opes, vul-  
33. gi fauorem, & gloriam huius sæculi: at promiscua-  
33. plebs sperat se in libertate Euangelia reperturam  
33. quod decimas & census nullo diuino iure pendat  
33. Breuiter: nemo fermecet, qui non apud pauperem  
33. Christum opes, & in rigida disciplina maximam qua-  
33. rat licentiam. Quid autem consequantur, etiam ipso  
33. paulò post exponit: Magistrati opibus Ecclesiasti-  
33. cis in hianti obicit turbas, & implicat ipsum negotiis  
33. inextricabilibus: Plebem verò subicit arsum &  
33. laboribus.]

Quid notat Caietanus. Dici: *nesciu quid petatis non petis*, parui momenti est, in idem enim recidit. & Græcē est *aire de petitis*. Petunt vero ista non Dei Spiritu, sed humano ambitu. *Nec turbetur, inquit Chrysostomus, quisquam, si adeo imperfectos dicimus apolo- fuisse. Nondum enim mysterium crucis et at consummatum nondum gratia Spiritus in corda ipsorum infusa. Quare si studia virrum ipsorum discere cupis, quales post datam gratiam Spiritus fuerint, considera: & videbis omnem ab illa turbationem anima fuisse superatam. Hac enim de causa eorum modo imperfectione reuelatur, ut aperte percipere posis, quales subito per gratiam effecti fuerunt. Quid igitur nihil spiritu quibus ebant, nec de celesti regno quicquam cogitabant, per hincum est.*

Infirmitates eiusmodi in Apostolis crebras vide-  
mus, ut discamus, non corporalem Christi præsen-  
tiam, sed Spiritus sancti gratiam animorum esse reno-  
vacionem. Odebre mō ualuerat, ait Chrysostomus, ἐδό-  
κεν τοις Βαπτισθέντοις; nihil spirale, nec regn-  
ationem habent. In hac scilicet petitione.

VERSUS 22.23.

Respondens autem Iesus, dixit: potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patrem meo.

QVÆSTIO I.

*An Christi non sit dare, ut sedeat ad dextram  
& sinistram?*

9. 1. **A**rianorum hæresin ex hoc loco stabilire etiam hodie conantur Fratyslani, qui Christi dignitatem insificantur. Si enim non est Christus

sibi asseſſores legero, & in regno ſuо honores, & dignitatiſ largiti, non igitur supremus ille Dominus, nec cigitur Deus.

Si enim agonisthes personis, non victoria donet  
brauium, definet causa certaminis, cum non sit virtus  
præmium, quæ datur corona, sed donatiuum fauoris  
quod sijam ignauo præstati posset.

Quibus igitur & quomodo patatum sit, nec hoc  
carnis, & sanguinis iudicium estet docet Chrysostomus homil. 65. Πῶς ἐν Φροντὶ ταῖς θεοῖς οὐ δέξεται τοῖς  
διωριζοῦσι τοῖς ἑταῖροις δέσμοις, οὐδὲ οὐν τοῖν τοντοντεστεροῖς;  
Ἐγειρόμενοι δέσμοις, αὐτὸς τοῖς τοντοντεστεροῖς  
καθειστὸς τὸν ἐρεπτὸν τὸν οὐγαλλόντων μετοῖς οὐ δέξεται  
εἰδὸς τὸν θεόν τον ὑψηλὸν ἑπέντεν, τοιούτῳ οὐ δέξεται  
πατέρος καθεῖται, οὐτούτῳ τοιούτῳ στεναντεστεροῖς  
εἰδόντι καθεῖται οὐδὲν τοιούτοις τοντοντεστεροῖς, αὐτὸς  
ζητεῖ μόνον, ταν τετωρῶν διατριπτότα, τοιούτῳ οὐ δέξεται  
καν στενα, κατατριπτόντα τοιούτοις πεπάτον.

Quomodo igitur dicit, sedere à dextris arque  
nistris meis non est meum dare: an quia consell  
riali sunt? Minimè, minimè, inquam, ad mentem  
nun interrogantium condescendens responderet. Non  
enim de sublimi sede illa, quæ ad dextram Petri  
est, aliquid sciebant, qui vel multò inferioris, quo  
quotidie auribus eorum inculcabantur, non perci  
pabant: unum solummodo quererent, præ  
catura potiri, & omnium se prius apud illum con  
sideri.

Ratiōnēm regni Christi an ignorabant, cui praeſ-  
te geit eis in, terrena cogitabant, quānūs aliquo mo-  
do cœlestia, sed illa tamen ad humana transferabant,  
non ad illa mētibus adhuc nō dūm illuminatis fe-  
re ciebant. Eſt enī hoc f. re hominū vitium, vt  
non iūi ex conſuerit, & ex humanis affectis būs de  
cœlestibus indicent; Non igitur negat suā elec̄tione  
illam ~~re~~naſſū p. aſſ. concedi, sed illis quo: um tanta  
dignitati para lūr opera futura. Commen̄at̄orius Hie-  
ronymus ad c̄ſt̄p̄t̄. Non p. oſſ. ſed vīa p. aſſ. aſſ. pre-  
munt.

## QVÆSTIO III.

*Quis calix proponitur Apostolis?*

5.1. **A** cogitandis rebus secundis eos ad duram; & alisperam virtutis viam reducit: Ignoratione namque regni sui, & Apostolici officii ambitus certamina mouebant. Recepit Chrysostomus eidem pars doctis auctoribus *της επανοτης*; & omni ratiōne in viatoribus & legiōnibus suis: inquit: *μηδε ποτε την πνευματικην επανοτην απορευεσθαι*. Καὶ δε τοιητις αριστεραις θυμοις επιτρεπεται επανοτην: *την πνευματικην επανοτην* [την πνευματικην επανοτην] & γινεσθαι την επανοτην επιτρεπεται επανοτην: *την πνευματικην επανοτην* [την πνευματικην επανοτην] την πνευματικην επανοτην: *την πνευματικην επανοτην*, id est. Vides quomodo statim ab opinione eos abducit, contraria illi dissidentes: vos, inquit, de honore, & coronis disseritis, ego vero de certaminibus & ludoribus. Hoc enim non expiantur tempus, neque haec est illa gloria, quae apparet. Sed prætentia sunt necis, bellorum, periculorum.

Itaque his negat locum esse precibus: cum iam Patris costellis in die, & decreto locus honoratus simus finalis a dignatus. Eos tamen & ipsos honoratos, forte demonstrat, cum promittit fore, ut calicem eius bibas. Maryi vero calicem intelligit, quem Iacobus bibit, Ioannes bibit ille quidem, non tamen martyrio vitam finiuit. Nam Traiani tempore in vas feruens sole missus, & gratiora morte supplicia perpulit, quasi miraculo mortem, cum tamen nec voluntas, nec robur animi, nec ipsa tormenta defuerint. Hieronymus lib. 2. aduersus Iotinianum T. 1. etiam ex hoc loco premiorum cœlestium inæqualitatem demonstrat.

Vitibus enim esse paratas mansiones diuersas docet. *Locus & mansiones quas preparare se dicit Christus apostoli, in domo utique sunt Patrii, id est, in regno celorum nonnaturam, in qua praesens Apostolus relinquebat. Simulque scriptura intendit: Dicerem inquit vobis quia vado, & preparab vobis locum, si non multe mansiones essent apud patrem, hoc est, si non viuisque mansionem sibi non ex largaret Dei, sed ex propriis operibus prepararet: & ideo non est meum parare, sed vestrum: quia & iudicabilis pro fuit paratus locus, quem suo virtuo perdidit. Iuxta quem sensum & illud in diligendum, quod ad filios dicitur Zebedai, quoniam alicuius in finibus, alter cupiebat sedere a dextris: Calicem quem meum bibet, sedere autem a dextris meis, siue a finibus, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patrem. Non est filii dare, & quomodo Patri est preparare? Parate inquit sunt in celo, diuersae & plurimae mansiones, plurimae diuersae virtutibus, quas non persona accipiunt sed operantur a me petitis, quod in vobis situm est, quod Patrem esse paratur, qui digno virtutibus, ad tantam ascensum regat dignitatem.*

9. Calix cuiusque est fors, & status diuino indicio constitutus, & rati in secunda, quam aduersa forma intelligitur. ut Psalm. 15. vers. 5. & Isa. 51. vers. 17. explicat. Esterim calix latitiae, calix inebrians, ca-

lix ira Domini, calix suppliciorum. Propterbius ligatur locutione indicat, eadem fore d scipulo um & suam conditionem, vita & mortis similitudinem. **Po**testis calicem libere, quem ego bibiturn sum? ο ού μένω μενιναία exemplaria habent. ο ού μένω, quem ego bibo. Hoc ex Luca translatum non immite exiit mat Lucas Brug. sicut & illud, quod in Syria & Gre-  
cis subditur. ο ού βαπτίζω, ο ού βαπτίζομεν, βαπ-  
τίζων. & baptismo, quo ego baptizor, baptizari. **P**assio au-  
tem baptisma vocatur, quod in eo sit merito & sub-  
mersio; nam aquarum, fluctuum, gurgitum, fluvinum  
nomine magnæ, & ineuitabiles calamitates solent in-  
dicari. atque ita passim in Psalmis loqui Propheta Da-  
uid affoler.

§. 3. Quia scism à multis, cur passionem suam calix metaphora designat, & generatim, cur calix dignificationem habeat, secundæ, aliquando, sed rebus aduersitas fortunæ, alamitatum, suppliciorum, necis? *Calix in Theophylactus & Euthymius calice in tunc dictum existimat, quod dicitur Christus, latro, lubentique animo passione subierit, quo solent hauriri calices, quos longas tenuit. Verum quidem est, Christum desiderio desiderasse mortem obire ad generis humani redemtionem, calix tamen etiam eorum dicitur, qui dolentes & inuiti bibere coguntur. Alii dico sumptuam similitudinem, ex poculo medico, quod infusae est, & natura relinquant ingeritur, salutarem tamen habet efficientiam, & morbos fugat, ita Christi calix amarus fuit bibenti, sed nobile mundi remedium, quo & morbi mortis antecubulones, & mors ipsa fugata est. Hoc etiam minus late patet. Nam calix etiam impiorum dicitur, quibus leuiter est haec fæcis ira diuina, non salutatis.*

Non de iure, quia coniunctus loquendi modum esse sumptum ex iste mente, ita Iansenius. Modus imperator enim seu Rex coniunctus, sicut cuique portionem prescribebat, praeferunt bibendi. Hoc quidem in lexis, & prosperitate dici potest; non aut in aduersis, in coniunctio enim bonorum, & quemadmodum faciunt, distributione a Rege fieri solet, in usum enim latitiae Rex constituitur; nec penitentiarum arbitrio ille est, nisi forte ocularium, quaeque exhibent coniunctus. Addo etiam Proverbiū in Hebreum a Davide, alisque usurpatum ex more Romano sumendum non esse. An vero Iudei veteres regna vini sortiti fuerint, nondum quet. Ex quo colligo ex coniunctis tantum sumi calicis significacionem pro fausta re, & leta. sic Psal. 22. *Calix missus inebrians, quam praelatus est.*

Itaque significatio nō origo est ex more Gentilium, qui venum dum temperabant reis, quale Socrati de dierunt Athēnā, multisque aliis. itaque eodem calice vti, esteadem calamitate confūctati. Fūnt autem frequētū simus vīsūs venēti, nou modo sententia iudicis dāmāntrōrum, sed etiam spōte sūmētū letalēs pōtōnes, vt contumelias, & diriora supplicia anteuerterent. exemplū lucentū est apud Lūnūm, de Senatoribus Capuanis: aliisque. Calicis autem vocabulūm hūc pōtūs, quām pōculi vīspūnt etiām Latīni. Seneca Epistol. 67. In hac est Reguli arca, Cato-nī scīfīs manū sūa vīlnus, Rutilij exilium, calice vīnētūs, qui Socratēm trānsūlit ē carcere in cōcūm.

Reis calix  
venenatus  
dabatka

VERSUS v 25.

7 E S V S autem vocauit eos ad se, E  
ait: scitis quia Principes gentium  
dominantur eorum, E qui ma-  
iores

iores, sunt potestatem exercent in  
eos.

## QVÆSTIO I.

Quale Apostolis imperium prohibetur?

Abusus po-  
tentiae pro-  
hibetur.

§. 1. **N**on potestatem iubendi, aut necessitatem parendi tollit, sed vetat eos dominari mo-  
re Regum genitium. Hoc est *υαλεύειν*, violen-  
ter, & plena potestate subiicere sibi obnoxios. Præ-  
positio *υαλείν* in malam partem accipitur. Erant autem  
pleraque violentia gentium imperia, & illo tempore  
omnia cruentissima. Apostolorum & præsidum Ec-  
clesia lene ac paternum imperium esse iusti. Exem-  
plo enim & mansuetudine homines ad colendum  
Deum sponte accedere voluit, non trahi violenter aut  
seruilitate. Cultus enim Dei non est verus, nisi, quem  
animo libero pietas deserte. Negatamen Beza, hic de  
victio regiminis & abuso sermonem esse, nec veteri A-  
postolis ne tyrannos agant, sed ne more regio impe-  
rent. Causam reddit: Quia apud Lucam *επέρειν* vocantur, quod in tyrannos non conuenit.

Respondeo Beza interpretationem non modo  
vetustis repugnare, sed etiam eius Patriarchæ Zwinglio,  
cuius in cap. 10. Marci hæc sunt verba. *υαλεύειν* & *στρατεύειν*, *Greca* vox est plus, quam regnare vel domi-  
nari: plus *ferocia*, & *violentia* habet, quam *irris* & *equi-  
tati*. Nam tales fore plus violentia agunt, quam iure & *equi-  
tati*. *Bezwaltigen* / *beherschen* / *ferocia* quadam, & *vi-  
olentia* misum imperium. Atque hoc vos omnino non decet.  
Tamen si enim verbum suum habet auctoritatem, nullam tam-  
en habet violentiam. Non igitur legitimum, sed *vi-  
olentum* imperium significatur à Domino, quod pro-  
hibetur.

Deinde Beza contrarius est Bullingerus, qui Ma-  
gistratus vitia reprehendi docet: [ Magistratum enim  
,, hic non abrogat, aut damnat Dominus; interim ta-  
,, men obiter & recte admonet, velle se quædam in il-  
,, lius dispensatione vel administratione corræcta. Ver-  
,, ba enim quibus vtrit, occultam habent emphasin,  
,, quasi dicat: Scitis constitutos esse inter gentes Magi-  
,, stratus, Principes, atque præfatos, vt non sit necesse  
,, vos quoq; præficere populis. Non enim veni pugna-  
,, turus cum Cæsare, aut Herodis familia, vthis pulsis  
,, vos in ipsorum loca substituam Principes, proceres,  
,, sive Tetrarchas. His diuinitus datus est gladius &  
,, potestas quaeruntur. Et hi quidem satis superbè do-  
,, minantur, cum deberent illud potius pendere, se  
,, ministros esse Dei, & populum cui prælati sunt esse  
,, Dei. Idem potestatem & tyrannide quædam ex-  
,, ercent in populum sibi subditum, cùm iustitiam po-  
,, tiū, & equitatem, iura, & leges exercent. ] Tyranni  
,, igitur erant, & dominabantur superbè. Quanquam  
,, etiam politica civilis & iusta administratio non est  
,, commissa Apostolis absolutè, qua munus Apostolatus  
,, illis est commissum. Qua de re lib. 1. & 6. Polit-  
,, icorum satis eg. Tituli non

Beza argumentum futile est; *επέρειν* beneficis vo-  
,, faciunt, vt cantur, non sunt igitur Tyranni, si quidem Christus dixi  
,, tyranni es-  
,, let, Benefici sunt, non in commode Beza inde collige-  
,, se desinat, ret, non esse tyrannos. At nunc hoc Christus indicat,  
,, eos cum violenter imp. ten, facilitatis tamen, & clem-  
,, encia laudem capiare, quo enim ne quior, & immo-  
,, nior quisque fuit, eo exquisitoribus adulatioibus  
,, cultus est. Nihil non honorum, nominum, cultuum,  
,, in suos Reges Romani contulerunt, & ipsos suos car-

nifices patres Patriæ nominarunt: Ita Tacitus Sag-  
tonius, ali qui de Augustorum vita scripserunt, ple-  
na est historia. Quin ex eodem adulandi vel furore,  
vel necessitate *επέρειν* appellati sunt: Plutoni Reges,  
Ptolomeus Tertius Rex Egypti *επέρειν* dicitur, &  
Ptolomeus Septimus, quorum per quam dura fuit  
imperia. Fuit in Asia & Antiochus cognominatus  
Soter, & ne quis dubiteat adulacionum fuisse illa ver-  
ba: etiam Ptolomeus Octavius qui per ludibrium  
Phylcon appellatus est, Soteris cognomen adepus,  
fœsus, & lordidus. Verus igitur historia Bezae in-  
ficiat. Constat enim nomen lenitatis plerisque o-  
passe. Et Nero gloriabatur, se ne sillard quidem san-  
guini misse. Syrus Principes vocat *βασιλεῖς* Rish-  
hun, capitulum. Deinde *βασιλεῖς* Maribun, usque  
magno Raurabrihan, magnates eorum, Ver-  
bum Syriū *שָׁלֹשׁ* *שְׁבָתִים* *שְׁבָתִים* di omni imperio ac-  
tur, duro & modesto, Emphasim tamen addit præ-  
positio *עַל* *בְּחַלְבָן* *בְּחַלְבָן*, super eos. Quamvis autem  
Reges potentia sua gaudeant, cupiant esse seruos,  
laudent tamen clementia miris modis ambiunt, ita  
que & apud Hebreos à liberalitate *νόμιμοι* vocantur.  
Causa est, quod nulla ex virtutibus magis homini conuenit, quam clementia, & benignitas, nam cum homo sit animal Sociale, *γονία*, in adiutorium mutuum generatus est. Nullum autem magis decent hominem ista beneficia virtutes, quam Reges & Principes; sine illis namque eorum potentia maxime horrore & generi humano. Nam pestifera vis est valere ad nocendum. Ex clementia & liberalitate omnes idem sperant, cætera virtutum bona necessaria sunt, haec grata cunctis secundum naturam omnibus est, in Regibus latorem habet locum, quia pluita, quæ ferunt, ideo eius laudem omnes præcipue appetunt, & quamvis te præ-  
state nolint, titulo præfere gaudent.

§. 2. Concidunt igitur, quas horum depravatio-  
ne verborum Satiinius, Sibrandus, Wittakerus con-  
tra Ecclesiasticum magistratum machinas extinxerunt. Wittakerus veteri omnem Ecclesiasticum  
primatum contendit. At Christus non omnem, sed  
dominatem in clero, & fastu sum, qualis est gen-  
tium, prohibet. Non prohibet magistratum, vi-  
tissime Greserus noster libro primo, capite nono,  
de Pontifice in defensione Bellarminiana demon-  
strat. Reprehendi dominationem Tyrannicam &  
primus Græcorum verborum interpres Chrysostomus ostendit. Δεκτὸς ὅτι ἐτινέγει το ποιῶν, το το  
τεττελεγέν, καὶ το εγγίνετο ποιῶν Θ., καὶ τοιερε,  
τοχλωτ., καὶ μεταβαλεται. Διὰ τον και σφειραν σο-  
τη τωνης: id est, Ostendit Ethnicum hæc, pia-  
mas ambi e, etenim tyranicus ille effectus est, &  
contingit turbantur, & magnis viris, quocunque ve-  
hementiore indiget incepione.

Mirum igitur, si Chrysostomus suæ lingue elo-  
quentissimus illustrator edocendus est, quid sit *επέρειν*, idque ab illis, qui de lexicis verba di-  
cierunt. Ille *ποιῶν* & *εγγίνετο* affectionem ty-  
rannicam reprehendi docet, nostri legitimum imp-  
erium veteri Ecclesiastis c. s. at illa verba aures docent,  
non modo tyrannicum ab Ecclesiasticum arcer,  
vnum tamen sup. eum aliquem inter Apostolos  
constitutum, eusque exemplo Domini omnium  
esse seruum oportere. Hinc etiam quidam lectioni  
evidentia veritatis consuevit id docent. Frigouillu-  
Gautius in palma Christiana, Archiepiscopo um or-  
dinem defendit, & primatum, qui imperant Episco-  
pis. Imo in præfatione ad Anglia Reginam iure di-  
no præesse docet. Nam Paulus dedit Tito *πολεμεῖ*  
*πολεμεῖ*, omne ius ordinandi, constitueri, inbendi, vt ille expo-  
nit.

filii Iacob Bezan, & Gebennenses alia sacerdotes a-  
cerum incolat. Certe, inquit, victoria de antichristo iam  
paruit, noster obitum est quorundam rigor, qui non modo episcopos  
paruit, sed etiam sacerdotes expellere volunt, sed etiam episcopalem, & ar-  
chepiscopalem. Hac ad reginam, & plura in præstatione.  
§. 3. Hinc in illo faciliter Ana apostolus refutatur, qui  
omnes Christiani, tunc publica magistratu extirpantur, qui  
Idem accepta a Calvinianis occasione. Nam Calvinus  
inter Laton & Ecclesiasticos discrimen non agnos-  
cit, & tamen prohibet dominationem regum gentium  
contendit, etiam legitimam, quod ideo de o-  
mnibus facultatibus sunt Anabaptistæ interpretati.  
Omnibus in communione hoc conuenit, ut imperando  
leuant, bonus enim princeps pro suis subditis labo-  
rat, ut solent pro Domino serviri. Quod vero Calvinus  
negat permissum pastorum ut magnifico splen-  
dore eminant; Hoc tamen concedit fieri posse, ut  
oppositi vel pagi dominii simul docendis minus quo-  
que obeat, virgine necessitate. Quod si verum est,  
poterit & prouincia Dominus, comes, dux, nec re-  
pugnat pastorum legitimam, & civile in subditos  
imperium, licet per Euangelium non detur. Poterit  
& supra subditos eminere, nec splendorem cogetur  
ponere. Tales vero etiam in Anglia Episcopos, &  
Archiepiscopos tolerant rigidi Calviniani. Con-  
futadine Anglicanam contra Bezan Sarauia defen-  
dit. [Præterea inquit cap. 24. Legibus huius regni, &  
potestis beneficio, episcopis hic honor defertur, ut  
inter nobiles & proceres regni censeantur. Archie-  
piscopis inter duces & magnos regni officiosos locum  
cum Clementia titulo datur; & Cantuariensi  
deinde ante omnes proceres & magnos regis officiosos  
etiam tributa; & primus par regni dicitur. Ceteri o-  
mnes Episcopi inter Barones locum tenent, & eo  
nomine, titulo dominorum honorantur. Qui om-  
nes cum cives sint & subiecti, Principes in regno suo  
honestam causam aliquod manus si mandet cuiquam  
Episcoporum, ut si quem Eirenarcham constituant,  
vel a lectori consilio habere velit, & legationem  
ad exterritum aliquem principem obire, non video  
cautum est Principe suo in re quauis honesta non de-  
bet patere & obsequi. Sed & hic oititur difficultas,  
quomodo viis pluribus sufficere possit munereibus  
obedire. Hanc enim obiectiōē D. Beza facit.  
Qui respondeo: quomodo ipse putet, vnum in Israe-  
l, & ceterorum sacerdotiis summi simul & iudi-  
candi & omnibus parem? Eadem ratione dico quan-  
doquacumque, ant necessitas postulat, aut absoluta  
regis voluntate, virgat, dante Deo pluribus administris  
adjutorum Episcopos, plures functiones possit & debere  
subire. Si Episcopi & Archiepiscopi adiutores nega-  
tentur, & soli illa omnia quae ad illa pertinent, quae  
diximus officia præstanta in se suscipient, merito  
ad posse obiecti. Sed ego neminem inquam extirpem  
arbitror, qui per se solus sine ullis adiutoribus, que-  
tam summi sacerdotis concernentes officium  
concurrit, pluribus a hinc inde partes varia suscipien-  
tibus & opem scerentibus, duplum personam cum  
viritate & adificatione populi Dei teneat sacerdotes  
& episcopi sustinuerint. Hic habet, candide Lector,  
Episcoporum & Archiepiscoporum oportum autoritatem  
quam defendo: & ecclesia valem adificationi & gu-  
bernationi ex simo. Quae quum sine imperio, in ijs  
estimabimur, quae tantum concernunt ecclesiam, esse  
non possit, illud tamen a dominatione & tyrannie  
quam longissime abesse, quisquis apud fe quid tyran-  
nis & dominatio sit reputare voler, facile inveniet  
imperium legibus finitum, & ad communem Ecclesiam  
adificationem, tam eorum quibus imperatur, quam  
tum, ut nemo inquam vocauerit tyrannide. Ty-  
ranus enim inquam vocauerit tyrannide. Ty-

rannus est iniqua & crudelis dominatio, & oppressio &  
innoxiam: vel contra leges usurpata potestas: quo-  
ties neque ex lege neq; ex more quispia imperat. Au-  
thoritas veterum episcoporum & nostrorum hinc in Anglia, sicut  
& superintenduntum in Germania, canonica est. O-  
bedientia, quæ ipsi debetur, ultra leges Ecclesiasticas  
non extenditur: si quid piam Episcopum aut Archiep-  
iscopum, cuiusvis regulæ ecclesiastice non faciunt po-  
testem, nemo tenetur parere. Unde fit manifestum,  
dominationem nullam nec veteribus nec Anglicanis  
possit obi; i Episcopis. Dominatio cum subditorum  
leuitate subiecta, si quibus pro suo arbitrio quidvis  
Dominus imperare potest. Demonstrandum erat D.  
Beza, quibus in rebus dominatione veteres episcopi  
fuerint usi, & hodie Anglicani videntur Episcopi. Qui  
nihil præcipere potest, nisi quod ad officium ipsius per-  
tinet, cuius præpositus est, quod si fecerit, contemni po-  
test imperium, iniuria ieiunatur tyrannis & vili-  
pate in fratre dominationis. Calumnia igitur sunt  
quidam tyrannide & dominatione episcoporum,  
qui ex præscripto regularum ecclesiasticarum præfu-  
erunt & præsumt Ecclesijs, & Ecclesiastum pastorum  
congeritur. Videri potest eodem in tractatu miseri-  
tia cauillatio Bezae de nomine ἀρχι, & ἀρχαρι, quod  
Sarauia ostendit, non semper opponi τῷ διακόνῳ.

§. 4. Dominatio is sub dum, non potestatem tol-  
li docet ipsum Christi exemplum. Christus enim non  
est minister διακόνων, ut si ministraretur, sed venit, ut alij straret,  
ministraret, immo animam suam daret, hic vitam impen-  
dere, redemptionem promulgit. Animam ergo ser-  
tenuit in  
uitu & morti subiecti non igitur seruum Christi o-  
portet honoribus querendis angustare, aut imperium  
querere: Christus tamen etiam in illo exinanitionis statu  
obsequia angelorum & hominum admisit, quantum  
ratio dictabat. Quāvis ipse omnibus seruieret, & Paulus  
Onechimū retinere cogirabat, ut pro Philemonem  
sibi in vinculis seruieret. Deinde Christus multa suis  
imperauit, vīs vera potestate, sed non abusus more  
regum infidelium, non ἀντεργοτιών, aut ἀντενεγών,  
non violenter aut cum potestate opprimens. Aliud i-  
gitur his non constituitur, quam ut Ecclesiārum Præ-  
lati totos se seruitorum subditorum & saluti impendant  
nam omnes διὰ τοῦτο est, serui, appellantur. Hinc &  
Pontifex seruus seruorum Dei. Quicunque n. bene preest,  
seruus subditorum est. Etiā si rex sit, illius finis est sa-  
lus populi, cuius est instrumentum & procurator lex;  
Frustra ergo Beza his verbis vtrumq; gladium à Papa  
auterifangit. Non enim potestate abrogari suis in Ec-  
clesia futuris Christus, sed astrictus. At vero ambitionē,  
fastum, imperandi duriā, violentiā, longe abesse iu-  
bet. Ligandi n. & soluendi potestate ipse cōtulit, quies  
& agnos pacem voluit. Minister ergo salutis sunt Po-  
nitex & Episcopi, sicut Christ⁹ minister fuit n. venit  
διακόνων διενεγών, ut sibi ministraretur, seu  
ut subiactaretur, seu appareret ministri, sed διακόνοι,  
ut ipse ministraret, & appropinquaret aliena salutis.  
Hic in Greco Codice Beza aut inieri ex Luc. v. 8. c. 14.  
& sequentes aliquot. Dignitas itaq; Ecclesiastica, hu-  
militate serua esse debet, εἰσαγ, vel ut alia exēplaria εἰσαγ,  
sic ut erit minister. Aug. 19. de ciuit. c. 14.

## Q V A S T I O II.

Quomodo Christus dederit animam suam redem-  
ptionem pro multis?

§. 1. **M**ultorum nomine omnes ex phrasē & consue-  
tudine inteligo. Omnes enim, de quibus Christus  
hic agit, sunt multi, τοις δὲ καὶ τοις voca Greco populu seu pro omni-  
vulgo. Itaq; inlīte nonnulli hanc ad Calvinianū ex-  
būs morore detinent, ut meritis dominice passionis de-  
trahant, negentq; pro omnibus mortuum esse Christū. Hos Calvinus ipse refutat, cum in scripturam hinc  
& Rom. 5. 15. totum genus humanū complecti. Sic &

Bullingerus *ad i. Cor. 10.2* ponit pro tota multitudine. Qui tamen sibi contradicit, cum ait: *pro ills.*, qui credere voluerunt. Nam paulus est Dominus etiam pro ills, qui credere noluerunt, & sanguinem testamenti pollutum duxerunt. Animam enim posuit pro omnium redēptione, *i. Ioan. 2.2*. *Fatūs est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.* Fructum quidem non omnes sentiunt, sed tamen Christus sufficientissimum premium dependit, nec per eum sterit, quo minus exire quidem è vinculis vellent. Vt isti Domini liberalitate noluerunt.

Bucerus igitur errat, qui Christum tantum electum peccata expiā fingit. Super *Ioan. 2.4.* & *Calvin.* contra *Hesychium* pag. 39. Musculus in locis communibus. *Beza* lib. 1. epist. pag. 182. *Simonius* lib. 2. fol. 24. *Aretius* 2. paitē problematum. *Zanchius* pluribus locis. Verum ab illa heresi recesserunt *Arminiani*, *Hemmegius*, *Augustinus Marloratus*. Nam illis repugnat, quod Christus sit Salvator mundi, & *vñus pro omnibus mortuis.* *2. Cor. 5.*

*Satisfactiōnēm* §. 2. *Calvinus* hinc concludit: *hac vna voce everti, quicquid de putidis suis satisfactiōnibus garnon tollit riunt Papistā.* Non enim reconciliatiōnis alibi pre redēptiō, tūtū reperitur, quam in morte Christi.

Respondeo, vitam Christi mortemque esse primum, redēptionis nostrā, solum, sufficiens, vnicū, Deo etiam nos gratis reconciliati. Nec eo pertinere satisfactiōnes villas, vt Deo reconciliemur, vt redēmamur. Nec tamen satisfactiōnes tollimus, sed ī reconciliati, ī redēpti, ī sanguine loti pro pēna tēporali satisfacimus, verbo Dei oblectū. Ita nos docet *Cyprianus* epist. 18. *Dominus loquitur & dicit, Super quem respiciam, nīs super humilem & quietum, & trementem sermones meos: hoc cum debeamus omnes esse, tūm magis eiusmodi illi esse debent, quibus laborandum est, vt post graue lapsum verā penitentiā, & humiliatē tota promerēs Dominum posse.* Et epist. 25. epist. 60. *Deum promere amur obsequiis nostris, inquit, vt ostenderet, ad Deum non modo peruenire actionum pīarum deuotionem, sed à Deo etiam ad nos redire remunerationem.*

## VERVS 29.30.

*Et egreditib⁹ illis ab Iericho secuta est eum turba multa. Et ecce duo cacci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes, Domine Miserere nostri, fili David.*

## CAPVT XXI.

*T* Mar. 11. a. 1  
Luc. 19. c.  
20. *cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad Montem oliveti: tunc Iesu misit duos discipulos. 2. dicens eis: Ite in Castellum, quod contra vos est, & statim innenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi 3. & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus hīs opus habet: & confidim dimittet eos. 4. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, Dicentem: 5. Dicite filie Sion: Ecce rex tuus venit vbi Zach. 9. b. mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. 6. Euntes autem discipuli fecerunt sicut praecepit eis Iesus. 7. Et adduxerunt asinam, & pullum: & impoſuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuperdere fecerunt. 8. Plurima autē turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & stenebant in via: 9. turba autem, quæ præcedebant: & quæ sequebantur, clamabant, dicentes. Hosanna in altissimis. 10. Et cū intrasset Ierosolymis, commo-*

## Q VÆSTIO I.

*An hac historia eadem cum illa, quæ Luc. 18. 35. & Marci 10. 46?*

*§. 1. A* Liqua similia sunt, alia dissimilia. Hic duo Dona accisi sunt, & curati, postquam Ierichuntem Christus egredius est. Apud *Luc. 18. 35.* *Vnus est curcus, qui sanatur ante egredium Christi in urbem, Mar. 10. 46.* *Vnus nominatur, & sanatus dicitur, cum egredius esset Ierichuntem, vocatur autem Battimæus, filius Timæi.*

Quidam vnius præcipui mentionem faciāt abstrahunt. Alij ante ingressum & post egredium exco curatos, Alij dilatam illius qui ante ingressum accedit sanationem.

Mihi diuersæ historiæ videntur. Nam illo egredi ente Iericho duo sanati sunt, vt ex *Matthæo* clarum est, *vñus* horum fuerit Timæi filius, incertum. Apud *Lucam* vero sanatur ante quam ingrediatur Dominus Ierichuntem. Existimant alij Battimæus, siue notiorem iam diuturna cœscitæ & pauperes, alium se adiunxit, ante clamasse quam urbem Christus ingredieretur, postea in egrediu sanatos. Pro plurimi, *καὶ ἐπεργούντος ἀπὸ τῶν*, quidam codices singularem habent, *ἐπεργούντος*, *νι καὶ σὺν Syrus.*

Chrysostomus hos cœcos *πεπάντα βλέπον* dicit fuisse *ἀπίστες*, multis videntibus præstantiores: summa enim contentione ad Christum venire studebant, non modo quia clamabant, sed etiam quia reprehensi, & *ἐπισημοδέντες*, os obturati aliorum increpationibus, magis clamabant. Quemadmodum multe Chananæa & Centurio. Vt vero ante fortes, ita post curationem gratissimi fuerunt: nam Dominum fecerit sunt. *Augustinu* l. 2. qq. *Euang. c. 48.* dilleros facit. *Possimus de propinquatibus ad Iericho sic intelligi, vt iam inde egredī, proptem am adhuc essent ad eam cūtētem, &c.* Et paulo post. *Sed quoniam ea quæ sequuntur in Evangelio secundum Lucam, eperiſtissime ostendunt, illud, quod ipse narrat adhuc venientibus eū Iericho factum ēſenſibil aliud refat intelligere, nīſi bū ēſactum hoc miraculum. Semel in uno cœco dum adhuc veniret ad illam cūtētā, & iterum in duobus, cum inde egredieretur. Vt illud vnum *Lucas*, alicerum *Matthæus* enarrat. Nē, hoc sine aliquo sacramen-*

*to quod sacramentum exponit, vt vñus ab egrediente sanatus, Iudeo; duo ab egrediente sanati, Gentes significarent. Luna autem mortalitatem designat, quod est Iericho. Vide de eadem materia Augustini, lerm. 18. de verbis Domini.*

Haec igitur sententia tenenda est, nec mirum, cum

duæ sint historiæ, vñam ab yno, aliam ab alio Eu-

gelista recensitam.

*Liberū arbitrii mercedis capax.* dus dei & astus, non magis operario, quam rastro aut sarculo merces debetur. Vbi est enim sine iudicio & voluntate libere agente labor, non potest dari præmium. Nec arato quisquam agricultura mercedem persoluit, attenit enim & perit: Pacisci non nisi cum liberis operis Deus potest: apud quem enim non est sua voluntatis arbitrium, is nec obligare le potest, nec alterius promissionem accipere. Vt est hoc argumento Hieronymus Tom. 3. Epist. ad Damasum, ut probaret arbitrii libertatem. Merces enim promittitur, ut liberam voluntatem alliciat; nec enim in necessario agentibus locum habet, vel promissio, vel minæ.

Manichæorum autem est liberum damnare arbitrium. Hominum damnare naturam, liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere, ut in procœdia aduersi Pelagianos idem Hieronymus.

*Opera ad salutem necessaria.* §. 6. Eadem pactio etiam demonstrat bona opera ad salutem necessaria, eamque non dari, nisi operum conditione expleta. Denarius enim ex pacto conuento datur, & datur illis, qui pertulerunt pondus dei, & astus. Datur & illis, qui una hora laborarunt; non datur tamen oculos, sed qui eminav, qui opus ruri fecerunt. Datur supra quam iustum est, sed datur tamen aliqua pars quam non dare iniustum est; nempe pars duodecima denarii, quam ex proportione meriti videbantur. Solitaque illa parabola ad impiam & pernicioſiſſimam hæresin confutandam sufficit, cum tota eo dirigatur, ut ostendat, nos à Deo promissione mercedis ad laborem vocari, & operatis iustum mercedem rependi. Est quidem gratitudo amoris Deo seruire, sed quia tamen se ipse mercedem esse demonstrat, non est vilis mercenari, sed ingenui filii, eò per labores tendere, ut in patris conspectum complexumque perueniat, patre fruaturus.

### VERVS 14. & 15.

*Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an occlus tuus nequam est quia ego bonus sum?*

### QVÆSTIO I.

*Cur dare vult postremo, quod & primo?*

*Paterfamilias suo iure.* §. 1. Paterfamilias vir grauius, & opulentus, vt qui per oeconomicum soluat operariis, decorum seruat; non enim cum operatis contendit: Ius suum, libertatemque in erogatione mercedis tuerit. Causam non adserit, cur pares faciat, quorum tam impar fuisse labor videbatur. Itaque non arguit priores negligientia, aut culpas alicuius, nec vires horæ laborei præfert torius dei etiamnis: si enim hoc faceret, de suo iure cederet, & respondendi occasionem præberet: suas enim operas carè quicquid altitat: & suam industriam ignauissimum præcipue venditat. Merito autem ita responderet, nam murmurator iniuriam inferebat, cum plus perit, quam erat conuentum, & iudicat iniuste de aliena liberalitate. Itaque satis illi erat, ostendere se iniuriam nulli facere, sed ab iniquo tricone, & appellatore acci-

pere. Statuendum tamen est, patrifamilias iustam fuisse causam, cur in postremos, potius, quam pri- mos munificentia vti voluerit, sed cur rationes illas operario proponeret, nulla causa fuit. Itaque ius suum allegat. Non licet mihi facere quod volo? Graecus addidit: εἰ τις ἔρωις, in meū. Syrus, de illis que ad me pertinent. Legit etiā ita Augustin. sermon. 39. Franciscus Lucas putat addendum, Zegerus omittendum existimat; Correpta omittunt: quod signum à melioribus libris absuisse: & ex glossa ite pisse. sic in Graeco etiam varie legitur illud: *conuenisti mecum, οὐνεφῶνησος μοι*, in aliis est *οὐνεφῶνησον σοι*, *Conueni tecum*.

§. 2. Ioannes Piscator Caluinianus, Deum iudicis promississe mercedem ex propriis meritis dicit, At non alio modo illis, alio nobis promissa est falaſ. Illi gratuitam peccatorum remissionem per fidem in mediatorem, sunt consecuti, sicut & nos. Quemadmodum Abraham pater omnium creditum iustificatus est, & salutatus, ita cæsti omnes. Ille fide sine operibus legis, fide & operibus gratiae saluus factus est. Cum iustus fuit, fide & operibus meruit vitam æternam, gratiaque augmentum.

§. 3. Qui ex uno denario omnium in colo præmiorum æqualitatem colligunt, scripturis contradicunt. Nam in domo patris nostri mansiones multæ sunt. Ioan. 14. 1. Corinth. 15. *Alia est enim clitas Solis, alia clitas Lunæ, alia clitas stellarum, & differt stella à stella in claritate.* Denarius igitur vius, vna est vita æterna, Dei vñio, fuitio, omnes stellæ sunt, omnes fulgent, omnes in cœlo sunt, non omnium tamen pars est splendor, non eadem eminentia. Ita Ambrosius Epistol. 81. Augustinus Epistol. 51. Grgorius lib. 4. Mor. cap. 42. Hieronymus tractatu contra Iouinianum pene toto.

§. 4. Ex æqualitate tamen denarii, multi mercedis æqualitatem videntur; vt quid enim primi murmurant, si non sunt pares: si singulariter eminentia aequaliter honor est datus toto die operatis? Pares non sunt, si in eadem domo alii alii sunt prælati. Supra respondi non fore illo in loco aut tempore murmurations, aut inuidam, cum sit vñusquisque proximum amatus vñi seipsum. Occasio tamen murmurandi aut videbitur, more humano rem considerant, quod multi, quarum diuturni, & ætumolissimi, fuisse videbuntur labores, non maiora, quam alii ex parnis & brevibus accipiunt præmia. Humana enim iudicia viros celebres, & in dignitate positos admirantur, eos collaudant, pauperes negligunt. Quicquid crebro fit, vt sanctos Episcopos, sacerdotes, principes, eremitas, quorum apud homines est magna opinio, & apud Deum vera sanctitas, crebro aliquis adolescentis, aut viduæ, quam nemo, nisi cum petret eleemosynam, norat, præmia superent. Exemplum de Carionio Alexando atrulli, alius de Doctorio ref. rr Alfonius Rodericus tractat, s. cap. exercitii religiosi. Vbi serio murmurant, sed à Deo tamen melius instituti quiescant.

Hactenus ergo pares sunt, vt omnes sint beati, & in eternum beati, clara Dei visione, & amore. Nec maiori gloria aut minoris gloria discrimina faciunt opere duntur, sed cōtentio animi, feruoris, & caritatis magnitudine, quia sit, vt vñico actu, ac breuissimo aliorum meritorum est æqualitas, temporis, laboris, charitatis, alacritatis, si aliquod horum sit inæqualis, etiam similitudinæ erit imparitas mercedis. Quemadmodum in itinere